

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

P ante R

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

trunq; cum duobus Tribnis, cæterisque omnibus qui per fœdus sponderant, hosti victos dederunt. Quos quum ille recipere recufaret, incolumes Romam redierunt. Néc ita multo post, fufis à Papyrio Cursore Samnitibus, & sub jugū missis, acceptis que sexcentis equitibus Romanis, obfidibus, priors flagitii infamia oblitterata est. Livius 9. Posthumus Albinus Consul aduersus Jugurtham missus, pecuniaque ab eo corruptus, insignem ex provincia ignominiam reportavit. Autor Salust. in Jugurtha. Idem postea Proconsulari imperio in Hispaniam missus, de Vacceis & Lusitanis triumphavit: refert Liv lib. 64.

Postivort, Dea erat Romanorum: ita dicta quòd futura prospiceret. Macrobi. lib. 2. Saturn. Sicut Antevorta, & Postivorta, divinitatis, scilicet aptissimè comites apud Romanos coluntur. Gell. ex Varr. li. 16. c. 16. alià postivortà describere videtur.

Quando igit, inquit, cõtra naturã fortè cõversu pueri in pedes, brachijs plerunq; diductis retineri solët, egrius q; tunc mulieres emittunt: Hujus periculi deprecãdi gratia arè statueq; sũt Romę duab. Carmentibus, quarũ altera Postivortã nominata est, Prosa altera, à recti, perverfiqu; partus & porcellate, & nomine.

Potimius, inquit, Oppidum Atticã, apud Plin. lib. 4. cap. 7. Potentia, inquit, Prolemæo, Oppidum est Piceni. Cicero de Atulp. respons. Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentia nuntiatur terræ motus.

Potidæa, inquit, Vrbis Macedoniæ, antea Cassandria dicta, Plin. lib. 2. cap. 38.

Potidaniã, potidaniã, inquit, Vrbis Aetoliæ, apud Stephanum, cujus incolæ dicti sunt Potidaniates.

Potina, teste Nonio, Deę nomen apud Romanos, quæ puero rum potui præfidere putabatur, sicut Edusa eorũdem alimentis. Est & civitatis nomen in Bœotia, ex qua Glaucus fuit, & à qua Potineus dictus. Est & Straboni fons prope Thebas Bœotias. Plin. tamẽ lib. 4. c. 19. oppidum in Magnesiã statuit, circa quod ut idem testatur lib. 23. c. 8. asini pastu rabie infamantur.

Potitius, [German. inquit, Priester Hercules.] Senis cujusdam nomen est, quem unã cum Pinatio altero sene sacris suis præfecit Hercules. Servius explicans illud Virg. 1. Aen. primusq; Potitus auctor, Et domus Herculei cultos Pinaria facti: Pinarius, inquit, & Potitius, duo senes fuerunt, quibus qualiter colli vellet, ostendit Hercules: scilicet ut manẽ & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaq; matutino sacrificio, quum circa Solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit: Pinarius postea, extis jam redditis. Quare iratus Hercules statuit ut Pinatorum familia tantum ministrã esset epulantibus Potitijs, & complentibus sacra. Hæc Servius. Vide de hoc plura apud Feestellam, & Livium lib. 1.

Potimæ, inquit, Magnesiæ oppidum fuit, teste Plin. lib. 4. cap. 9. In hoc oppido Glaucus Sisyphi & Metopes filius, equas humana carne pavisse dicitur, quòd cupidus ferentur in hostem. Venit quum pabuli ejusmodi copia decisset, versæ in rabiem equæ dominum ipsum devorant.

Praëtius, praëtii, inquit, Fluvius est Troadis, inter Lampfacum, & Abydam in Hellepontu influcns, teste Strabone lib. 13. Meminit hujus fluvij & Homerus in Catalogo.

Prægutii, Italici populi, qui Marfis magis Orientales sunt, Prolemæo auctore, lib. 3. cap. 1. Hodie vulgus regionem totam Abruze appellat.

Præneste, generis neutri, & hæc Prænestis, inquit, Stephano. Vulgò Palæstrina, Oppidum Latini edito in loco, naturaque munito situm: ita dictum (si Stephano credimus) à Præneste conditore, Latini filio, Vlyffis & Circeæ nepote. Alii dant vultu: id est, ab illicibus que illic abundant, nomen accepisse existimant. Pompejus Festus nominis hujus originẽ ad loci situm refert, eò quòd motibus præsternende & altum Præneste à Virgilio dicitur 7. Aen. Quisq; altum Præneste colunt. Fuerunt qui à Cæculo Vulcani filio conditum putarint: quorum sententia Virgilius quoque subscribit. Nec Prænestine fundator defuit arcis, Vulcano genitum pecora inter inersa regem, Inventumq; focis omnis quem credidit ætas, Cæculus. Strabo lib. 5. Græcam urbem esse tradidit: cujus rei argumentum hoc affert, quòd olim Polystephanos dicta fuerit. Habuit hoc oppidũ nobile Fortunę templũ, cujus pavementum lithostrotis stravit L. Sylla, teste Plin. lib. 36. cap. 25. Silius: sacrisq; dicatis Fortunę Præneste jugis. Fœminin. genere usus est Virg. 1. Aen. Qualis eram, quam primam aciem Præneste sub ipsa Stravi.

Prænestini, pen. prod. Qui Præneste incolunt. Cic. 2. de Divia. Numerium Sullucium, Prænestinatorum monumenta declant, honestum hominem, & nobilem somniis crebris, &c.

Prænestina, a. um, possessivũ: ut Dea Prænestina, Ovid. 6. Fast. Sones Prænestinae. Cic. de Div. Fortuna Prænestina, Luca. li. 2.

Præpennilis, inquit, Oppidũ est mediterraneum majori Myliæ apud Prolemæum lib. 5. cap. 2.

Præpennithis, inquit, Insula maris Aegæi, una Cycladum.

dum. Autor Plinius libro 4. capite 12.

Prætutium, inquit, Oppidum est Piceni, teste Prolemæo lib. 3. cap. 1. Inde sunt Prætutius, a. um, ut, Pubes, prætura. apud Sil. lib. 15. Et Prætutianus, na, numus, Prætutianus ager, apud Plin. lib. 3. cap. 13. & 14.

Præstis, inquit, Indię populi, quorum metropolis est Palibota. Plin. lib. 6. cap. 19.

Præstis, inquit, Oppidum maritimum fuit in ora Laconica nõ procul ab ostio Inachi fluminis: cujus meminit Thucyd. bell. Pelopon. lib. 2.

Præstis, inquit, Nobilis Persa, qui Smerdim Cambysæ fratrem jussu regis occidit, cujus facti oris cõscientia ad alius postea in maximo Persarum conventu, ex eda. illima tunc it præcipitem dedit. Vide Hero d. lib. 3.

Præstis, inquit, Nobilis medicus fuit, cujus aliquoties meminit Plinius.

Præstis, inquit, Deę nomen, cujus non statum inter gram, sed caput tantum in templis dedicabatur. Hanc Menelaus Soteres uxorem facit, eandemq; sororem, Concordiã & vanis matrem. Autor Suidas. Stephanus Præstisica Nympham fuisse tradit, quæ ex Tremilete Cragum peperit, à quo Lyciam mos nomen accepit.

Præstis, pen. corr. [inquit, Germ. Ein König der Trojaner.] Statuarius, marmore nobilitatus, & præcipue duplici Venere, Gnidia & Coa, quarum illam maxime nobilitatis vesanus adolescentis cujusdã amor, qui noctu in templo delitescens simulacro cohaerit: & Nicomedis regis militario grandi Gnidiorem ære alieno permutare eam coarctas. Natus dicitur in extrema Italia ora, quam Magnam Græciam olim appellabant: deinde propter artis præstantiam civitate Romanã donatus: quam multis etiam egregijs signis ornavit: quibus à Plinio commemorantur Triptolemus, Flora, Ceres in hortis Scythianis, Boni eventus, & Bonæ fortunę simulacra in Capitolio: item & Mænadæ, & quas Thyadæ vocant, & Caryatidæ, & Sileri in Asii Polionis monumentis, & Apollo, & Neptunus, aliq; nonnulla quæ vide apud Plin. lib. 34. cap. 8. & lib. 37. cap. 5. de hoc etiam Propertius Præstidem Færius vindicat arte lapid.

Præstis, Lacus nomen est, apud Cic. in Orat. pro Milone.

Præstis, pen. corr. [inquit, Germ. Ein König der Trojaner.] Laomedontis Trojanorum regis filius dicitur esse, quòd est emere, auctore Servio. Nam patre ad Hercule, qui patre Laomedontem interfecerat, caput eũ Hecionæ sorore, solus pecunia redimi potuit vel secũdum alios: quia Hercules eum à vicinis hostibus redemptum in paterno regno locavit. Eum à love originẽ traxisse ferunt. Dardanius enim filius fuit Iovis ex Elestra, cujus filius fuit Erichonius. Hic filium habuit Troem, qui regionem quæ à Dardano Dardania dicebatur, Trojam à se dixit. Hujus filii fuerunt Astarcus, & Ilius, qui urbẽ totius regionis caput, Ilium à se vocem. Hic filium habuit Laomedontem, qui pater fuit Priami. At Priamus ipse, patre ab Hercule interfecito, auro redemptus, Ilium instauravit simul & exornavit, regniq; limites usq; ad eò protulit non solum Trojam, sed totius ferè Asiæ rex videtur. Hecubam filiam Cissei regis Thraciæ uxorem duxit: habensq; teste Cicero Tusc. Quæst. lib. 1. filios quinq; gignit, quoru decem & septem ex jura uxore sunt nati, ex quibus fuit Hector, qui repetiturus Hecionem sororem, in Græciam profectus, Menelao Helenam uxorem rapuit: unde ortum est bellum decennale à Græcis Trojanos, in quo vidit filios suos inter omnes ab hostibus interfectos. Tandem capto Ilio, & ipse à Priamo Achilles filio occisus est prope aram Iovis Hercæ, in sanguine Polixæ filii, ut est apud Virg. lib. 2. Aen. Fortitan & Priami fuerint quæ fata requiras, &c. At verò Ilii frater Astarcus Capyn genuit, ex quo Anchises, & ex illo Aeneas, Ovid. lib. 4. Fast. & Priamo sit Priamides patronymicum prima longæ & Priamæus, a. um, prima brevè. Fuit & Priamus alius Polixæ filius superioris nepos, quem Aeneas ex Trojæ excidio secum in Italiam duxerat. Virg. lib. 5. Aen. Vna acies Ioveam ducit, quam parvus ovantem Nomen avitiferens Priamus, tua clara Polixæ Progenies auctura Italos, &c.

Priapõnnethis, inquit, Insula est in sinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 32.

Priapus, penult. prod. [inquit, Germ. Ein König der Trojaner.] den moßtet man mit einem voss grösen Nilantibus gott. Liberi patris & Veneris filius, quẽ sup. p. 110. in antiquis horatorum præfidem credidit. Horat. 1. Serm. Sat. 8. Olim tuus erat ficulnus inutile lignum, Quum sciber ad dubitans scamnum faceret Priapum, Maluit esse deum: deus hinc ego sum, aviumq; Maxima formido. Idem & Lampfacenus dicebatur, à Lampfaco non ignobili Troadis urbe ad Hellepontum sita, in qua & natus creditur.

Priapõnnethis, inquit, Carmen obscœnum, quòd nonnulli Virgilio Ovidioq; alijs ascribunt.

Priapõnnethis

Priapismus, *αριανισμός*, *αριανισμός*, Morbus est quam genitale membrum in longuam diem protrahitur, & in circulum intumescit sine Veneris appetitu quod vitii genus ut potissimum solet usque venire, qui supini cubare consueverunt. Ratio nonnullis deducit a Priapo obscuro horrore deo, quod qui hoc vino laborant, eodem iusto majorem habere consueverint, & insitit Priapei membri assidue extensum. Vide plura de hoc apud Gal. lib. 6. de Locis affectis.

Priapus Hellepontis urbs, teste Plin. lib. 5. cap. 32. a Priapo Liberi & Veneris filio condita: seu ut alii volunt, a Milesis nomine Priapi. Corpus est enim ibi coli ob vineta uberrima que juxta eam in Pariana & Lampiacena regione sunt, auctor Strabo lib. 1.

Prisenis, *αριανισμός*, Vrbis maritima (ut inquit Strabo lib. 12. 13. & 14.) quae in uentum Meandri fluminis inter ipsam, Miletumque labentis, mediterranea facta est. Biante alumno nobilis, qui patria aliquando ab hostibus capta, quum reliqui omnes fugientes aliquid rerum suarum alportarent, interrogatus ipse cur adeo nil efferret: Omnia (inquit) mea mecum fero: summas diuitias in animo statuens. Meminit huius Cic. in Parad. Prienensis, & Prienensis. Sidonius: Prienae Bria, quod plus tibi turba malorum.

Priscianus, Grammaticus Casariensis fuit, qui tempore Iulianiani principis floruit. Scripsit de Arte Grammatica ad Iulianum Consulem: ad Cosiorem vero Perlarum regem librum de Natural. quæstionibus: Dionysiumque, de Situ orbis Latinitate donavit. Sunt qui scribant hunc ab initio Christianum, deinde fidei desertorem fuisse. Volaterranus.

Priscus Helvidius, Sub Nerone Quaestor Achaia administravit, Quæstionibusque adhuc a Peto Thrasea genero adscitus, è moribus socris nihil æque ac libertatem hausit, opum contemptor, recti peritiam, constantis adversus metus. Erant quibus appetentior famæ videtur. Hæc Tacitus. Probus quoque Grammaticus de eodem sic Priscus (inquit) post damnationem Thraseæ socris sui, interdicta sibi Italia, Apolloniam concessit. Sed post interfectum Nerone restitutus a Galba, non aliter quam in libera civitatis statu egit. Idem postea Vespasianum in studio libertatis offendit, ut putaret, id adoptante Clodio, pristina libertatis statum posse revocare. Quo nomine reus, ac præter spem absolutus est. Hædennus Probus. Priscus alter, Panites genere, sophista, Theodoli junioris epistoliarum magister fuit, qui se scribit a Casare missum fuisse oratorem in Scythiam, ad Attilam Hunnorum regem: ac ejus regiam pulcherrime describit, magnifico opere, sumptuosoque factam. Scripsit historiam Constantinopolitanam, & ipsius Atticæ libri VIII. Præterea declamationes & epistolas, ut est auctor Suidas.

Privernum, Priverni, *αριανισμός* Stephano, Vrbis Volscorum, Camilla patria. Virg. 11. Aen. Pulvis ob invidiam regno, viresque superbas, Priverno antiqua Merabus quum excederet Vrbe. Hujus incolæ dicuntur Privernates, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Privernas, Privernatis: Vt Privernata vina, quæ inter generosa Italiae numerantur a Plin. lib. 14. cap. 6.

Privernus, Viri proprium nomen, apud Maronem lib. 9: Privernum Capys, &c.

Proceresius, *αριανισμός*, Insignis Sophista fuit, ex Casarea Cappadocia: qui adhuc adolescens Antiochiam venit, pernotus fama Vlpiani dicendi magistri, apudque eum primas tulit. Cum quo parvo post tempore Athenas profectus, sub Luciano Sophista adeo profectus ut primus inter auditores esset. Accersitus inde in Galliam a Constantino principe, Hephastionem condiscipulum comitem sibi adiunxit: summumque honore apud Casarem habitus: aliquando post Romam petiit: ubi aliquot annos magna nominis fama moratus, tandem epibus ac honoribus auctus, Athenas rediit, ubi magno exceptus applausu, extemporalem orationem habuit in theatro. Contemporaneum habuit Libanem Sophistam, teste Suida.

Proana, orum, *αριανισμός*, Oppidum Thessaliae est apud Steph.

Proanthus, *αριανισμός*, Oppidum fuit Atticæ, teste Plin. lib. 4. cap. 7, quod jam tum interierat.

Probus, Berytus Grammaticus, Romæ docuit, non tamen ut magistri personam suslineret unum & alterum, vel quum plurimum tres aut quatuor pomeridianis horis admittere solebat, eubansque inter longos & vulgares sermones legere quædam, idque pertrahere. Nimis parva & exigua de quibusdam minutis quaestiuiculis edidit. Reliquit autem non mediocrem sylvam observationum sermonis antiqui. Ab initio enim ad studia se contulit, postquam in militia dia Centuriam fuisse perisset. Hæc ex Tranquillo.

Procas, *αριανισμός*, Rex Albanorum fuit, pater Amulii & Numitoris, & avus Romuli & Remi, cujus meminit Liv. lib. 1. ab Vrbe condita Virg. 6. Aen. Proximus ille Procas Trojanæ gloria gentis.

Procerastis, *αριανισμός*, Oppidum Bithyniæ, ad Bosphorum

Taracium, è regione Byzantii, quod notiore nomine Chalcedon appellatur. Auctor Plin. lib. 5. cap. ult.

Prochyta, *αριανισμός*, pen. corr. & Prochyte, *αριανισμός*, Insula in Puteolano sinu: dicta quasi profusa, *αριανισμός*, quod est profundere. Puerunt enim Insuper vicinæ insulae montem terræ motu concussam, insula hanc fuisse. At Dionysius lib. 1. scribit, Prochyram dictam esse à nutrice Aeneæ ejusdem nominis, de hac Virg. 11. 9. Aen. Tū sonitu Prochyta alta tremi.

Procilius, Grammaticus, cujus meminit Seneca, vir suis temporibus doctissimus fuit, qui in Itinerario commemorat apud Memphim, in aurea columna Aegyptiis literis scriptum fuisse, tunc demum Aegyptum liberam fore, quum in eam venissent Romani fasces. Auctor Lampridius.

Proclus, *αριανισμός*, Lycius, discipulus Syriani, philosophus Platonicus præfuit scholæ Atheniensis: cujus discipulus & successor fuit Marinus Neapolitanus. Scripsit plura in Grammatica & Philosophia: Commentarios in totum Homerum, in Hesiodi *αριανισμός* in Remp. Platonis: præterea contra Christianos Epicheiremata X VIII. Hic est Proclus, qui post Porphyrium secundus contra nos latravit: adversus quem Iohannes cognomento Grammaticus scripsit apologiam, dicitans eum, quoniam in rebus Græcorum magnum, stultum tamè esse, & in hac parte indoctum. Auctor Suidas. Is etiam est cujus hodie commentarios in Platonem habemus. Præceptor fuit M. Antonini, à quo ad Consulatum usque proventus est, ut scribit Spartianus. Proclus item alius fuit Malleotes patriæ, qui scripsit in Sophismata Diogenis, & contra Epicurum. Proclus cognomento Proculcius, è Laodicea Syriæ, qui scripsit mythologiam, in fabulam Pandoræ, apud Heliodorum: item Aurea carmina, Isagogen in Arithmetica Nicomachi, & alia quædam in geometria. Proclum Naucraticam huius Philostratus adicit, quem dicit unum fuisse ex suis præceptoribus, ac docuisse Athenis, filiumque habuisse luxui deditum, in quem non modo non severus fuit, verum etiam usque adeo indulgens, ut in alendis canibus, avibusque, ei adesset, dicitans has nugas eum citius cū senibus dimissurum, quam cum æqualibus. In docendo hunc omnino fertur servasse morem, ut ab initio à discipulis centum drachmas pro totius temporis mercede acciperet, bibliotheca domi publicata: ut illi solum lectioni inter, dum cogereatur, minime per otium, ut moris est in ludo, mutuis inter se jugis, sibi sine peccateperent. Philostratus.

Proconnesus, *αριανισμός*, Vulgo *Marmara*, Insula Propontidis, ante Cyzicum, alio nomine Elaphonnesus dicta: ut in quo nomine à cervis deducto. Hinc Proconnesus, sicut Plin. lib. 5. cap. ult.

Procopius, *αριανισμός*, E Casarea Palaestina orator & sophista: scripsit res Iulianiani quæ in Oriente, aut Occidente, aut Africa per Belisarium Patricium gesserat. Cujus scriba & comes in cæcis expeditionibus fuit. Composuit item alteri librum, quem inscripsit *αριανισμός*: id est, non edenda, sive non edita: Iulianiani, & ejus uxoris Theodoræ recuperationem continens. Auctor Suidas. Procopius, alius fuit tyrannus Constantinopolitanus, qui insurgens contra Valentem principem apud Naoliæm Phrygiæ civitatem, in ejus potestatem cum exercitu venit, proditus à duobus militibus: alligatus deinde duabus per vim fessis aioribus, discerptus est: de proditoribus etiã sumptum supplicium. Ex historia tripartita.

Procris, *αριανισμός*, Erechthei Atheniensium regis filia fuit, & soror Onthiæ, quæ Cephalo nupsit qui quum castitatis uxoris suæ periculum facere vellet, Aurora opera, quæ illum adamabat, in mercatorem mutatus, ingentibus muneribus illius pudicitiam sollicitavit: quod illa pretii magnitudine propemodum succumberet, Cephalus recepta priori forma, perfidiam illi exprobravit. Quod Procris quum inficias nec non posset, pudore impulsam, relicto viro, domumque, ejus perosa, in sylvam sese, locaque deserta contulit, Tandem tamen viro reconciliata, jaculum ei inevitabile, & canem Lælapa nomine dedit, quæ à Minos dono acceperat. Postea quum à rustico quopiam audisset, Cephalum Auræ cujusdam amore teneri (cujus ille nomen inter venandum, quum æstu laboraret, sæpius inculcabat) in frutibus sese occultavit, ut pellicem deprehenderet. Quæ itaque Cephalus æstu, laboreque fatigatus, se ad virgulta recepisset, & sub arboris quadam umbra recumbens, Auram ex more invocaret, Procris suspicata jam pellicem assuturam, quod rem omnem melius cognosceret sese erigens, virgulta commovit. Quæ se animadvertens, Cephalus feram ratus, jaculum suum emisit, uxoremque charissimam inevitabili idu interfecit. [Ger. Ein Tochter Iphigien, und ein Jærum Cephalus des Jäger; wecket er herauf hinter einer Hande vaniscenten erschossen hat.] Fabulæ hanc latius exequitur Ovid. lib. 7. Metamorph.

Procrustes, *αριανισμός*, Plutarcho in Romæ. Latro insignis in Attica regione, ad Cephissum flumen habitans: qui hospites interire solitus, tandem à Theseo est interfectus. Ovid. lib. 7. Met. tellus Epidauria per se Clavigeram vidit: Vulcani occumbere prolem: Vidit & immitem Cephalus ora Procrustes.

Q s Procrustes

Proculus, *proculus*, ut scribit Acron Horatii interpres, Eques fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui ad eum pius erga fratres suos Scipionem & Musenā fuit, ut spoliatis belli civili patrimonium suum ex integro divideret, quod cum eis jam antea divideret. Hæc Acron apud Horatium, lib. 2. Carm. Hujus meminit & Plutarchus in vita Antonii, dicens Antonium paulo antequam exspiraret, admonuisse reginam Cleopatram, ut sibi ac rebus suis consuleret: & maximè omnium, qui cum Casare Augusto erant, Proculo se crederet. Mortuo Antonio Augustus Proculum misit, ut curaret Cleopatram vivam in suam potestatem perducendam: quamq; illa arrepto ense vellet sibi mortem inferre, Proculus eam se manibus ademittit.

Proclitus, *proclitus*, Philosophus fuit patria Cous: cujus quanta fuerit autoritas, ex Xenophonte deprehendere licet, qui in Bœotia captus, vadem pro reditu dedit. In consilio Atheniensium magnam est laudem adeptus, quamquam voce graviore atque absona. Conatusq; est in ea civitate primarios ex nobilissimis familiis adolescentes sibi devincere, quorum hospitium usui sibi & voluptati foret. Hæc ex Philostrato. Suidas autem dicit Ceum cum fuisse ex lude oppido, & Democriti ac Georgii temporibus floruisse, librumq; edidisse qui inscribitur *proclitus*, in quo finxit Herculeum virtute pariter ac voluptati concessum, & utraque hunc ad se trahente, tandem à virtute persuasum, alteram sprevisse. ¶ Fuit & Proclitus alius, medicus, ex Sclymbria civitate, Hippocratis discipulus, qui primus laulepticem instituit, teste Plinio, libro 29. capite 1.

Proctides, *proctides*, Procti Argivorum regis, & Antix filix fuerunt: quæ quum forma essent præstantissima, se lunoni autem sunt præferre: quare irata dea talem eis immisit furorē, ut vacas se esse arbitrarentur, & ad sylvas confugerent. Postea autem helleboro sanata à Melampode dicuntur: unde quoddam hellebori genus, Melampodis nomen accepit, teste Plinio, lib. 25. cap. 5. Virgil. in Sileno: Proctides implerunt falsis magitibus agros.

Proctus, *proctus*, Abantis regis Argivorum filius, cui etiam successit in regno. Vxorē habuit Antiam, ex qua quatuor filias genuit, quæ à patris nomine dictæ sunt proctides, poetarum fabulis celeberrimæ: de quibus vide plura in dictione præcedenti, & supra in voce MELAMPODIUM.

Progne, *progne*, Ger. Ein Tochter Pandions des Königs zu Athen die Frau des Tereus des Königs in Thracia. Pandionis Atheniensium Regis filia fuit, & soror Philomelæ, quæ Tereo Thracum Regi matrimonio juncta est, ex qua filium Ilym suscepit. Hæc quum desiderio videndæ sororis teneretur, exoravit virum ut Athenas profectus Philomelam ad se duceret. Qui mandata peragens, adventum Philomelæ à Pandione imperavit. Verum quum in itinere essent, in libidinem mulieris exardens, quamvis repugnātem compressit: & ne facti obscenitatem exprimeret, linguam ei abscondit & servo in viculis custodiendam tradidit: reversusq; ad uxorem, maris nautica perisse simulat. Philomela interim tædio carceris affecta, rem omnem uti gesta fuerat, acu in tenuissima tela depinxit: hæc ancillæ Prognæ clam deferendam tradidit. Progne te intellecta, ac dissimulato ad tempus dolore, postquam Orgiorum dies advenit, thyris & pelibus pro more instructa sororem in carcere eripit, eodemque indutam habitu ad regiam ducit: ibiq; furis exagitata arreptam Ilym filium interfecit, viroq; domum redeanti epulandum apponit. Qui tandem re cognita ex pueri capite, quod Progne sub finem cœnæ per sororem afferendum curavit, dum fugientem uxorem fundendus persequitur, mutatam deorum commiseratione in hirundinem vidit, quæ consuetudinem habitandi intra hominū tecta semper servavit. Ipse autem in upam, avem satia notam, convertit, ideoque militarem cristam adhuc in capite gerit, & quasi adhuc filium queritans, clamat *progne*, quod significat ubi, ubi Ilym autem in phasianum, quæ avis frequens est iuxta Phasim fluvium in Colchis. At Philomela in avem conversa est sui nominis, quæ se nunc quidem cessat desere cantu dulcissimo injuriam quam paulo ante clinguis promere non poterat. Vide hæc fabulam latius apud Ovid. lib. 6. Metamorph. Gorgias tamen apud Aristotelem lib. 1. Rhetoricorum, existimavit Philomelam in hirundinem. Prognem sororem sequutus est M. Varro: Lucinaola, inquit, luduosa canere existimatur, atque esse ex Attrica Progne in ludu facta avis. Ad quod alludit Virgilius, quom inquit: Quas illi Philomela daper.

Promethæus, *promethæus*, Ger. Ein Ringer / vnd futschiger Mann; welcher als die Vögel die Himmeln gemacht hat / vnd demnach das Feuer vom Himmel gestohlen / vnd es ihnen mitgetheilt. ¶ Filius lapæ, & pater Deucalionis, qui hominem ex ta-

ro dicitur formasse, & ex cœlesti igne animasse. Promethæi fabulam sic refert Servius: Promethæus (inquit) post factos à se homines, dicitur auxilio Minervæ cœlum ascendisse, & adhibita facula ad rotam Solis ignem faturus, quem hominibus indicavit: Ob quam causam irati dii, duo mala immiserunt: tervis, febres, & morbos, sicut & Sappho & Heliodorus memorerit. Quod tangit & Horatius, dicens: post ignem æthereo domo subductum, macies, & nova febrium Terris incubuit cohors. Ipsum etiam Promethæum in monte Caucaaso per Mercurium religaverunt ad faxem: & adhibita aquila est, quæ ejus cor exederet. Hæc autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Promethæus vir prudentissimus fuit, vnde etiam Promethæus dictus est, *pro* & *metheos*: id est, à providentia. Hic primus Astrologiam Assyriis indicavit: quam telidens in monte Alesimo Caucaaso, nimia cura & sollicitudine, deprehenderat. Hic autem mōs positus est circa Assyrios, vicinus penè sideribus. Vnde etiam majora astra demonstrat, & diligenter eorum ortus, occasusq; significat. Dicitur etiam aquila cor ejus exedere, quod, *pro* & *metheos* est sollicitudo, quæ ille affectus, sicut omnes deprehenderat motus. Ex hoc quia per prudentiam fecit, dante Mercurio, qui prudētia & rationis deus est, ad faxem dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicavit: unde cœlestem ignem dicitur esse furat. Nam quadam arte ab eodem monstrata, supernæ ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit donec eo bene usi sint. Nam postea malo hominum usu, in perniciem eorum verus est: sicut in Livio lectum est de Tullo Hostilio, qui eo igni exustus est cum omnibus suis: Numa verò Pompilius impunito usus est tantum in sacris deorum. Hinc est quod igne raptis, mortalibus morbi ab iratis auminibus dicuntur immitti. Hæc Servius enarrans illud Virgil. 6. Elogæ: Hinc lapides Pythæ jactos, Saturnia regna, Caucaasq; refert volucres, furtiq; Promethæi. ¶ A Promethæus sit Promethides patronymicum masculinum.

Prônastus, *pronastus*, antiqui populi Bœotia, Steph. **Propertius**, *propertius*, Elegiarum Poeta ex Mevania oppido oriundus quod in Umbria est, ut ipse autor copiose testatur. Sunt qui scribant ejus patrem Equesem dignitate ornatum, ac Triumvirali potestate fuisse: tum inter eos connumeratum qui L. Antonium secuti, Perusia capti ex Octavii Caesaris auctoritate, ad aram Divi Iulii perducti, ibidem occisi fuerunt. Illud omnino cōstat, hunc Propertium magna ex parte amissis bonis, Romam se recepisse, quæ patrem suum in tœtra adhuc ætate amiserat: quod illis versibus apparet: Aspice me cui parva domus fortuna relicta est, Nullus & antiquo Marti triumphat avi. Ex Crinito.

Propœtidēs, *propœtidēs*, Puellæ fuerit Cypria, ex Amathonte urbe, quæ quod Venereis numē asperrantur, ab irata dea adeo perierit: tunc libidinis desiderio, ut corpora passim in vivis prostitueret: unde factus est locus fabulæ. Propœtidēs in saxa fuisse mutatas, quod abjecto omni pudore, velut saxa induruisent. Ovid. 10. Metamorph. Sunt tamē obscenæ Venereis Propœtidēs autē. Esse negat deam, pro qua sua numinis ira Corpora cum forma primò vulgasse feruntur. Vix pudor cessit, languisq; induruit oris, In rigidam parvo fluxum discrimine veritæ.

Propœntis, *propœntis*, [*propœntis*, Ger. Das Meer zwischen dem Hellespont, vnd dem engem Meerstund in Thracia gegen best jetz Mare S. Georgis.] Vno nomine dicitur totū illud mare quod ab Hellesponti angustis ad Thraciam usq; Bosphorum tenditur. Nam Geographi primas angustias maris Argæi cœstantis, Hellespontum vocat. Inde ex patiatu æquorū laxitas Propœntis appellatur. Vbi iterū in arcu coit, & hincgitur, illæ angustia Bosphorus Thracicus nuncupatur. Vnde etiam effunditur, Pontus Euxinus, qui curvatus in figurā Scythici arcus committitur ostio Mæotidis paludis: idq; orbem Cimmericus Bosphorus vocatur.

Propœntis, *propœntis*, cum *propœntis*, Ovid. li. 1. fast. Hincq; Propœntis hærentem Cypriam oris.

Prosi, *prosi*, dicitur, qui spectabant ad Orientē: ut in vestri, qui ad Meridianum. Ex Hygino.

Prosa, *prosa*, vide in APPELL.

Proserpina, *proserpina*, Ger. Ein Tochter Iovis, vnd Cereris, welche Pluto, als König der Hellen entführt hat. Iovis & Cereris filia, quæ quum in campis Euxinis flores legeret, à Plutone rapta est. Quam quum Ceres diu frustra toto terrarum orbe investigasset, tandem à Cyane Nymphæ rem omnem edocuit, perit à Iove ut communem Euxiam ab inferis sibi reducere liceret: quo à ea dōtaxat lege pertravit, si nihil illi cibi apud inferos gūstasset. Quare quum Alcæolaphi iudicio palam factum esset, aliquot mali punici granam gūstare, omnia reditus spes illi fuit interclusa. Quod ægrè ferens Proserpina, Alcæolaphum commovit: in huc onem noctis eum, & in suum semper rerum nuntiam. Postea tamen Ceres à Iove dis-

ut impetrasse ut Proserpina senis quotannis mensis secum apud superos, & totidem apud inferos cum marito esse liceret. Quod Poetarum commentum Mythologici ad Lunae naturam referunt, (quam Proserpinam nomine intelligunt) quae aequali temporis spatio superis & inferis hemisphaerium illustrat. Haec ferè Servius in illud Virgil. 1. Georg. Quamvis Elysiis miretur Graecia campos, Nec repenta sequi curret Proserpina matrem.

Proserpina, *Proserpina*, insula non longè à Carthagine: cujus incolae Proserpina dicuntur, vel Proserpina, Stephanus.

Proserpina, *Proserpina*, insula est in Delta Nili, novem schœnorum ambitu, urbem habens Atarbeckim, ex qua naves proficiscuntur ad tollenda tota Aegypti bouum, aliorumque pecorum ossa, quae religiose apud Aegyptios sepeliuntur. Autor Herodot. lib. 2.

Protagoras, *Protagoras*, Philosophus Abderides fuit, ut alii malunt, Tejus, natus Menædo patre Thracum locupletissimo, qui & Xenem adversus Græcos proficiscens, domo, muneribusque, excepit: ob quam liberalitatem, Magi qui cum eo erant, facta à rege potestate, ejus filium Protagoram, tunc adolescentem sua disciplina erudierunt. Nam injussu regis eam communicare non licebat, propterea quod religionem penitus subverteret, in diabium vocans num omnino essent dii. Quare & clàm sacrificabant Magi, ne aperta religionis professione eis servire, aut per illos non nihil posse viderentur. Hac itaque disciplina imbutus Protagoras, librum quandam in hanc sententiam exorsus est: Dii sunt, necne, satis statuere non possum. Nam cum alia complura id sciri prohibeant, tum summa rei incertitudo & brevis vita. Hunc itaque librum quum Athenis recitasset, à Pythodoro Polyæli filio impietatis nomine in iudicium vocatus, & in exilium actus est, scripturaque ejus publice sunt exusta. Quumque sparsis toto orbe tunc Atheniensium videret, patre se navigio credens, insulas lastravit, ubi tunc mercede dicitur primus omnium proficisci coepisse. Igitur Plato qui videret eum arte rhetorica intumescens, verbaque ex poetica plus iusto ostentantem, Dialogum in eum conscripsit, quo mores ejus & ingenium graphicè delineavit. De morte ejus varia traduntur. Quidam naufragio periisse volunt, quum in Sicilia navigaret. Alii iueneris labore fatigatum in via defecisse, quum ad annum nonagesimum pervenisset. Hic primus omnium mercede docuit, minas centum à singulis exigens. Philosophus habitus fuit parum sincerus, qui rebus omnis, verbis anxie insisteret, captiosisque argumentationibus veritatem obscuraret. Haec partim ex Philostrato, partim ex Laërtis deceptimus. Protagoras alius fuit Astrologus, in què Euphorion Epicædium scripsit. Alius item Stoicus, Diogene Laërtio autore.

Protagoras, *Protagoras*, adjectivum, sicut à Pythagoras, Pythagoræ. Gell. lib. 5. cap. 11: Existimant quidam etiam illud Biantis viri sapientis ac nobilis responsum coasimile esse, atque est Protagoræum illud de quo dixi modò.

Prote, *Prote*, insula est in majori Ionio contra Aetoliam sita, una ex Stœchadibus, Plin. lib. 3. cap. 3.

Protesilaus, *Protesilaus*, Ger. *Protesilaus* den farnemesten Griechen; weicher für Trojaner gezogen sind / der auch zum ersten ist erschlagen worden. Filius fuit Iphicli, & unus ex Græcæ principibus qui ad bellum Trojanum profecti sunt. Nam quavis autivisset à vatibus, se primum omnium in bello Troiano periturum, si eo proficisceretur, contempsit nihilominus vaticinios, nam cæteris duobus profectus est: quumque omnium primus è navibus in terram exisset, & in Hectorem incidisset, primus Græcorum omnium ab illo est interfectus: Unde non sine omine quodam, & futuræ mortis præfagio Protesilaus videtur appellatus. Anstolius: Protesilaè tibi nomen sic fata dederunt, Victimam quod Trojæ prima futurus eras. Vxorè habuit Laodamiam, Acaëli filiam, quæ quum ejus interitum rescisset, hoc unum doloris sui solatium petiit, ut mortui umbram posset intueri: quod quum à diis impetrasset, in illius amplexibus expiravit.

Proteus, *Proteus*, per duas syllabas, *Proteus*. Ger. *Ein Gott Ozeans und Tethys*, weicher sich in allerley gestalten hat verwandten thunn. Deus maritimus fuit, ut Poetæ fabulantur, Oceani & Tethyos filius, Neptuni Phocæ in mari pacens, idemque vaticiniorum peritissimus, & in quamlibet formam sese transmutans, quem sic describit Virgil. 4. Georg. Est in Carpathio Neptuni gurgite vates Cæruleus Proteus, magnam qui piscibus æquor. Et juncto bipedum curtu metitur equorum. Hic nunc Emathia portus, patriamque revisit Pallenas: hunc & Nymphæ venerant, & ipse Grandævus Nereus: novit namque omnia vates, Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. Quippe ita Neptuno visum est, immanis cuius Arctonea, & turpes pascit sub gurgite Phocæ. Fuit item Proteus, Aegypti rex, patriæ Memphis, qui Pheroni in regnum successit: regnavitque

belli Trojani temporibus. Tradit enim Herodotus libro 2, Pasidem quum raptam Helena patriam repereret, vi tempestatis ad Canopicum Nili ostium fuisse appulsum captumque à Thoni regionis ejus præfesto ad Proteum Regem missum fuisse: qui quum ex servis Alexandri cognovisset, mulierem quam ille secum vehebat, hospitis illius uxorem esse, absenteque viro raptam fuisse, perfidiam hominis detestatus, illum quidem triduo finibus suis excedere jussit: Helenam vero cum omnibus opibus, quas ille direpta Sparæ secum vehebat, Menelao integram servavit. Expugnato itaque Ilio quum Menelaus revera cognovisset, uxorem eò nunquam adventam fuisse, sed à Proteo retentam, Canobi gubernatoris ductu in Aegyptum navigavit: qui quum ibi diem suum obisset, Canobico ostio nomè fecit. Menelaus autè aditò Proteo, uxorem suam liberalissimè ab eo habitam, cum opibus universis recepit. Ad quam opinionem videtur respicere & Virg. 11. Aeneid. quum ait: Atrides Proteo Menelaus ad usque columnas exulat. Quæ verò de Protei mutabilitate Poetæ sunt commenta, ab Aegyptiorum Regum consuetudine videntur emanasse. Illic enim, teste Diodoro, mos erat aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus: quandoque verò arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput unguenta. Hæc tum ad decorem spectabant, atque ornatum: tum stuporem, ac superstitionem quandam aspicientibus injiciebat. Unde factus est locus fabulae: Proteum in ea omnia quæcumque capite gestabat, solere transformari.

Prothoenor, *Prothoenor*, Homero teste Iliad. 2, unus ex quinque Boeotiorum principibus, qui ad Trojam cum Græcis profecti sunt.

Prothoenor, *Prothoenor*, Tenechredonis filius, dux eorum qui ex Magnesia ad Trojam venit, teste Homer lib. 2. Iliad.

Protagenes, *Protagenes*, Ger. *Protagenes*, Pictor nobilis fuit, patria Caunius, (est autem Caunus Caræ oppidum, Rhodius olim subjectum, seu summa insula paupertas fuit, artisque accuratissima intentione & minor fertilitas. Palmam habet tabularum ejus lalylus, qui est Romæ dicitur, in templo Pacis: quem quum pingere, traditur madidis lupinis vixisse: quoniam simul famem subneret, & sitim ne sensus nimis dulcedine obstrueret. Hæc pictura quæter colore induxit subsidio injuriam, & vetustatis, ut decedente superiore, inferior succederet. Est in ea canis mirè factus, ut quem panter rufas & ars pinxit. Nò judicabat se exprimere in eo spumam anhelantis posse quum in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) sibi ipse satisfecisset. Displicebat autem ars ipsa, nec minui poterat, & videbatur nimis, ac longius à veritate discedere. Spumaque illa pingit, non ex ore nascentis animi cruciatu quum in pictura verum esse, non verisimile vellet, abstergerat sepius, mutaretque penicillum, nullo modo sibi approbans. Postremo iratus anti quod intelligeretur, spogiam eam impexit in viso loco tabulae, ex illaque reposuit ablatos colores, qualiter cura optaverat, fecitque in pictura fortunæ naturam. Vide plura de hoc apud Plinium lib. 35. cap. 10. & Juvenal. Satyr. 3, Protagenem accipere videtur pro Græculo quopiam nobili, aut certe nobilitatis existimationem occupante, alludens opinor ad vocis crymon, quo qui primo genere ortus significatur: aut certe propterea quod id nomè sua ætate frequens, titulumque esset Græcis: Non est (inquam) Romano cuiquam locus hic ubi regnat Protagenes aliquis, aut Diphilus, aut Elymantus.

Protagonia, *Protagonia*, Nomen Deucalionis & Pyrrha filia, Autor Aristarchus in Decimâ Olympiæ. Fuit præterea hoc nomine una ex filiabus Erechthi Atheniensis Regis, quæ se pro patriæ salute jugulandas præbuerunt.

Protagis, *Protagis*, Illius cuiusdam Phœcenis nomen, qui à Gallia benignè exceptus, Massiliam non procul à Rhodani ostio condidit. Autor Plinius in Solone.

Protagitis, *Protagitis*, Ger. *Protagitis*, Vrbis Aegypti, juxta Naucratiâ, Genite, Protagopolitea, Steph.

Prusia, *Prusia*, Oppidum est Bithyniæ Phrygiæ & Myris finitimum, à Eusia rege, qui cum Cyro bellum gessit, ad radices Olympi montis conditum. Autor Strab. lib. 12, quavis Plin. lib. 5. cap. 32, ab Annibale conditum velit. Est & altera Prusia sub Hippo monte, seu fluvio, ut est apud Prolemæom. Hoc autè differt à Prusia, quæ sub Olympo est, diffinitur. Hæc enim à Plinio Prusia dicitur, quæ Cios quondam fuerit. A qua Prusienfes apertè vocantur.

Prusias, *Prusias*, Ger. *Prusias*, Vrbis Bithyniæ, olim Cius dicta, à Prusia Rege condita cognomento Zela, ad Argantonium montem. Hic est ille Prusias qui Annibalem superato Antiocho suscepit: ut est videre apud Strabonem lib. 12. Plin. lib. 5. cap. 32, etiam hanc Prusiam appellat eodem nomine quo alteram ad Olympum sitam.

Prusias, *Prusias*, Rex Bithyniæ, apud quem Annibal exulavit postquam victus à Romanis, tanquam rupti foederis auro detulcebatur, ad pœnas. Fuit ante hunc & alter Prusias Bithyniæ

thynia Rex. qui cum Cyro bellum gessit, & Prusam urbem ad Olympum Mysium condidit. Autor Strabo lib. 12.

Prymnēsīā ὀρυμνία, Vrbs Mzonie in sinibus Lydie, Phrygia, ac Mylia. Ptolemæus lib. 3. cap. 3.

Prymnō, ὀρυμνία, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, cujus meminit Hesiodus in Theogonia.

Prytaneum, ὀρυμνίαι, Locus erat Athenis in Arce dignissimus, ubi iudices & magistratus habere consilium solebant. In Prytaneo item, alebantur publice qui bene meriti erant de Republica, qui honores Athenis maximus habebatur. Cicero lib. 1. de Orat. Et ut ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur. Sic dictum quasi ὀρυμνίαι, titici promptuarium, vel horreum publicum. Dionysius Prytanca vocat curias in quibus sacra fiebant ab his qui maximam in urbe haberent potestatem.

P ante S

Pflamāthē penult. corr. ὀρυμνίαι, Fons est apud Thebas. Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut. Qui tenet undisonam Pflamathem. Et fuit etiam hoc nomine Crotopi Argivorum Regis filia, quæ ab Apolline compressa, Linum peperit, quem inter sentes occultatum canes dilaceraverunt. Vide Statium lib. 1. Thebaid.

Pflamāthūs, ὀρυμνίαι, Laconicæ oppidum, Tanaro promontorio proximum. Gentile Pflamathuntius, ὀρυμνίαι, sive Pflamathuntius, ὀρυμνίαι, Stephan.

Pflamētichūs, ὀρυμνίαι, Nomen Regis Aegypti, cuius sevitia, ut inquit Herodorus usā cum Diodoro) ducenta hominum millia ex Aegypto in Aethiopiā profugere. Strabo; Tenellis regio vocatur, quam qui Pflameticum fugerunt, obviunt, & Sebittæ nominantur: hoc est, advēx. Huius filiam rapuerunt crocodili, inquit Aelianus, lib. 10. cap. 31. propter quod ipsam ab Apollonopolis summa in detestationē habentur.

Pfellūs, ὀρυμνίαι, Nomen auctoris, qui scripsit de ratione victus. Pseudartace, ὀρυμνίαι, Collis Scythiæ post montem sacrum. Stephanus.

Pseudōcorāsium, ὀρυμνίαι, Litus magnum inter Coricum, & Seleuciam Iauricam, tria stadia longum, & in Luna similitudinem curvatum. Stephan.

Pfophis, Pfophidis, ὀρυμνίαι, Arcadiæ civitas, à Pfophide Lycænis filio: aut, ut alii malunt, à Pfophide Erycis Siculi filia condita Ovid. lib. 3. Metamor. Vsq; sub Orchomenon, & Pfophida, Cyllenēq;. In Insula quoq; Venetorū Zacyntho arx ipsa vocabatur Pfophis, & alia multis locis. Autor: Hermolans in Plinium. Et est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arcadia. Item tertium in Achaia.

Pfylli, ὀρυμνίαι, Populi Libyæ prope Garamantas, à Pfyllo Rege dicti (ut inquit Plin. lib. 7. cap. 2.) quorū corpori ingenitū fuit virus exitialē serpentibus. Scribit Plutarchus Catonē iter per desertā Libyæ facientem secum Pfyllos duxisse: qui moribus serpentum mederetur, partim ore trahentes venenum, partim serpentes cantibus medicantes. In vita Catonis. Plinius libro 7. capite 2: Mos verò illis fuit liberos genitos protinus obijcendi: sexvillimis earum, eoque genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugiantibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hæc Plinius. Meminit horum & Herodotus, libro 4. Silius item de Atyre Pfyllo, libro 1: Necnon serpentes atro exarmare veneno Doctus Atyr, taedūq; graves soppite chelydros, Ac dubiam admota sobolem explorare cerasse. In eandem sententiam de Pfyllis scribit & Lucanus lib. 9. Gellius libro 16. capite 11. Crinitus libro 1. capite 3. aliique complures.

Pfyllium, ὀρυμνίαι, Ptolemæo, lib. 5. cap. 1. Vrbs Bithyniæ.

Pfyrā, ὀρυμνίαι, Insula juxta Chium. Strabo lib. 14. Vulgò Pfyrā. Et in hac insula vinum non provenit. Vnde natum est Adagiū: Pfyrā Bacchum, ὀρυμνίαι, τὴν δεινότεν ἄρπετον: id est, in Pfyrā Bacchū ducentes. Dicitur, ubi vinum appositum in convivio nemo gustat: vulgari proverbio, aut de lordido apparatu: hæc etiam ratione quæ sordidè, parumq; magnificè ferret, Pfyricè facta dicebantur.

P ante T

Pterēlās, ὀρυμνίαι, Rex Theleboarum, ab Amphitryone victus: de quo Plautus in Amphitryone.

Pterēā, ὀρυμνίαι, Stephano, Vulgò Pterēā, Asiæ urbs clarissima, Ionium metropolis, notiore nomine Ephesus dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 29.

Pterēōn, ὀρυμνίαι, Ioniæ oppidum, juxta Erythras & Mimantem montem. Autor Plin. lib. 5. cap. 29. Et est aliud ejusdem nominis oppidum in ora Bœotia. Plin. lib. 4. cap. 7.

Pterīā, Cappadociæ urbs est, apud Herodotum, lib. 1.

Pterōphōros, ὀρυμνίαι, Ger. Die Wittenbergsche Landtschaft vnder dem Pulo, oder Symmetz witz getzen. Est regio apud Riphæos montes sic dicta ab assidua nive, quæ ibi penarum similitudine continuò decedit. Ibi creduntur esse cardines

mundi, extremiq; siderum ambitus. Plin. li. 4. cap. 19: Mox Riphæi montes & assidua nivis casu pinnarū similitudine, Pterophoros appellata regio, pars mūdi damnata à natura reū. Et Pterophori item dicti sunt cursores pegasarii, quod petere proficilentes (ut Dionysius scribit) surrectas in capite pinnas gestare solebant. Ad quod & Juvenalis alluisse videtur, quod ait: Tanquā de Carris aliquid, torvisq; Sicambriis Anxia precipiti venisset epistola penna.

Ptolemæus, ὀρυμνίαι, Ger. Der erste König in Egypten von welchem die veltgen all diejen summen empfangen haben. Nomen propriū Lagi gregarii militis filii, qui maximè autoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem. Post ejus mortem Aegypto & Aphrica, & magna Arabiæ parte potius, regnavit annis quadraginta. A quo deinceps Aegypti Reges, Ptolemæi appellati sunt. Hic frequentissimè apud amicos & conabat, & dormiebat. Quod si aliquando conam præberet, rebus illorum utebatur. Accesabat enim scyphos, strata, ac mensas. Ipse præter necessaria possidebat nihil: quin alios locupletari facere regale magis esse dicebat, quam locupletari. Est autem hoc nomen ὀρυμνίαι ὀρυμνίαι: hoc est, à pugando deducit sicut à ὀρυμνίαι quod est honore. Timæus. Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Cerasinum. Decessit in rerum gestarum gloria, quum paulò ante regni se abdicans administratione, Regem filium constituisset Philadelphum. Autor Trogus, libro 15. Philadelphus itaque in regno patri successit, vir doctissimus, Stratonis discipulus: qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ usque ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum duravit. Regnavit annis xxxviii, cui successit Ptolemæus cognomento Evergetes, ὀρυμνίαι, quod Latine dici beneficus potest. Hic vigintisex annis regno potius, moritur: cui successit Ptolemæus Philopater, xviii annis regnans. Post eum Ptolemæus Epiphanez, qui annos viginti tres regnavit. Tum Ptolemæus Philometor, qui triginta quinque annis Aegypti regnū quum tenuisset, fratrem suum Evergetem alterū moriens regem constituit. Evergetes, qui & Physco dictus est, regnavit annis vigintio vni: cui Ptolemæus cognomento Lathyrus successit. Lathyrus Auletæ, Cleopatrz pater. Post hunc Ptolemæus cognomento Dionysius, Cleopatrz frater, qui Pompeium post Pharsalicam cladem in Aegyptum fugientem, interueniendum curavit. Et fuerunt & alii hoc nomine, ut Pythi Regis filius, & Cypriorum Rex, qui suis divitiis Romanum locupletavit ararium. Ptolemæorum senem describit Strabo, libro 17: Et Claudius Ptolemæus, astrologus, natione Aegyptius, Alexandria professus est, Liberalium artium, ac Græcarum literarum studiis clarus, temporibus Antonini, ut ipse scribit in Astrologiæ scientia priorum nulli cessit. Primus enim apud Græcos cœlirationem omnem diligentius explicuit, inventaq; ab Hipparcho instrumenta clarius demonstravit. De Musica quoque & rebus aliis, tum de Geographia absolumè scripsit. Suidas. Et Ptolemæos quoque lex alios commemorat Suidas, quinque Grammaticos, & unum verficatorem, quorum opera ad nos minimè pervenerunt. Et Iosephus iterum alium ponit, Abobi filium, Simonis ducis Iudæorum generum, quem socer Hierichuntis tempore belli Machabæorū præfecerat. At ille incensus regni cupiditate, invitatum ad eam, incautum interfecit. De quo multa in Hierosolymitanâ historia Iosephus.

Ptolemæus, ὀρυμνίαι, ærea, æreum possessivum, ὀρυμνίαι, Propetias lib. 2. Eleg. 2: Et Ptolemææ litorea capta Phari.

Ptolemæus, ὀρυμνίαι, maius, vel dos: [ὀρυμνίαι, ὀρυμνίαι.] Vulgò Tolomita. Oppidum in ora Rubri Maris, ad primos elephatorum venatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum in regione Trogloditarū. Autor Plin. lib. 2. cap. 73. Ptolemæus enim Troglodyticen primus exussit, ad venatus elephatorū, quæ idè Epithetas à Græcis cognominata est, eodem Plinio auctore, lib. 6. cap. 29. Et est & Ptolemæus, urbs Aegypti apud Sebabenem, lib. 17. Et item Phœniciz urbs, colonia Claudii Cæsaris, quæ quondā Ace dicta est, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 19. Harum quinque urbū meminit Hieronymus ad Eustochiū. Per areas, inquit, Syriæ pervenit ad Coum, quæ nunc Ptolemæi dicitur altera est in Aethiopia. Tertia in Phœnicia, Quarta Nilii fluminis. Quinta in Cyrenaica provincia Aphrica.

P ante V

Publius, & Laberius, Poëtæ minorum, Iulii Cæsaris familiares ambo, sed Publius acceptior. Nam Laberius maledicentia sicut & arrogantiā Cæsar magnopere offendebar. Is Publius, genere Syrus fuit, cōditione servus: puer enim & forma, & ingenio à Domitio manumitti, & erudiri meruit. Romam venit ad ludos Cæsaris, ubi mimos suos egit, magno ipsius populi applausu. Autor Gellius & Macrobius.

Publioptr, Publii puer sive servus: sicut Marcipor, Marcipuer. Vt teres enim à suis prænominibus pueros id est, servos in familia nominabant. Vnde à Lucio, Lucipores: à Quinto, Quintipotes.